

G nunquā est fine estimatiōe, & collatiōe, & iste gradus est virtutis æstimatiuæ in brutis, & cogitatiuæ, in hoibus, quæ à Philosophis appellatur intell's particularis, quæ particulariter discurret, & quæ immediate ministrat intellectui. unde Diuus Tho. in. 2. de Anima in lectione. 13. in expōne tex. 65. ponendo dīam inter æstimatiuam, & cogitatiuā, quod cogitatiua hoīs apprehendit indiuiduum, ut existēs sub natura cōi quod contingit ei inquantum unitor intellestiuæ in eodem subiecto. Vnde cognoscit hunc hominē put hic hō, & hoc lignum prout est hoc lignum: estimatiuū aut in brutis non apprehendit aliquid indiuiduum, secūdam quod est sub natura cōi, sed solum scdm quod est terminus, aut principium alicuius actiōnis, uel passiōnis, sicut oīs cognoscit agnum hunc nō inquantum est hic agnus, sed inquantum est laestabilis. Et hanc herbam inquantum est eius cibus. Vnde alia indiuidua ad quæ non se extendit eius actiō aut passio nullo modo apprehendit sua æstima tiua naturalis. Naturalis aut æstimatiua datur animalibus, ut per eam animalia ordinentur in actiōnes. pprias uel passiones consequendas, uel fugiēdas, & hoc etiam est de mente Com. in lib. de Sensu, & sensato circa finem ubi pprietas aut comprehendit istorum sensuum in animalibus nō est eadem in oībus, hom. o. n. comprehendit dīas rerum & intentiones eorum pprias, quæ sunt in re sensata quasi medullam de fructu. In animali autem brutum comprehendit ea, quæ sunt extra, quæ sunt quasi cortices fructuum, & signum eius est quod bruta non mouentur à sensibilibus, sicut hō mouetur, hō. n. mouetur apud cantum quod nō faciat bruta. Et similiter mouetur homo à picturis, & figuris motu quo non mouentur bruta, & similiter de modis saporis, & odoris. Quartus modus abstractionis, & ultimus est gradus qui apprehendit, quidditates rerū denudatas ab omnibus appendicibus materiæ, nec accipit ipsas cum sensibilibus intentionibus, sed potius simplices, & separatas ab eis, & ista apprehensio solius est intellectus, sicut est intell's hoīs p hoc quod conuenit omni homini, uel intellectuæ substantiæ. Vterius scire debes quod abstrahere apud Philosophum bifariam. Nam primo modo idem est quod transferre res de ordine in ordinem, & facere de potentia intellectus actū intellecta. hoc fit abscq̄ comprehensione uirtutis abstrahentis, & sic abstrahere est operatio intellectus agentis uirtute cuius obiectū relucens in phantasmate causatur in esse obiectiuo in specie intelligibili, quæ est effectus intellectus agentis, & phantasmatis, sicut. n. sol, & hō generantur hoīem, & unum concurrit tanq̄ agens principale, & reliquum tanq̄ causa particularis, quod aut spēs illa uel representet, habet ab intellectu agente, sed quod representet naturam hoīs non leonis, hoc est pro quanto illa spēs intelligibilis dependet à phantasmate hominis, & non à phantasmate leonis in uirtute cogitatiua. Vnde Auer. in. 3. de Anima. com. 30. uult pppter uerba Arist. in tex. ubi habet quod nequaquam sine phantasmate intelligit anima quod intellecta uia sunt colligata cum intentionibus imaginatis, & corrupta per corruptionem earum, & isto modo intellectus agens abstrahendo à phantasmatis non cognoscit, sed ista actiō puenit ab eo naturaliter, quia uult Com. 3. de Anima. cō. 19. quod intellectus agens nō cognoscit aliqd eorum, quæ sunt hic, & fuit etiam in Themistii, & Arist. in. 3. de Anima. Alio modo abstrahere est apprehendere ex his, quæ sunt coniuncta in esse alicui non apprehenso. Et tale est operatio intell's polis qui, ut inquit Cō. in. 1. 2. Primæ phiæ, aptus est diuidere adunata in esse, indiuiduum. & aporehensio formatiæ attribuitur nobis per intell'm polem, ille. n. est pars per quam intelligit anima. i. nos hātes aiām illo intelligimus, ut glossat Themi. & Cō. in principio tertiū de Anima. Vterius scire debes quod abstractio duplex est scdm Philosophum. una scdm rationem diffinitiuā, scdm quam dicimus quod aliqua abstrahunt à materia sensibili secundum rationem tē, ut Mathematica aliqua, neq̄ scdm rationem, neq̄ secundum esse, ut Physica, aliqua utroq̄ modo, ut Metaphysica. Alia uero est abstractiō uniuersalis à particulari, & ista est cōis omnibus scientiis. His itantibus

accedamus ad declarationem propositi Theorimat' q̄ in intellectu particularis. i. uirtus cogitatiua abstrahit à materia, ut clarum est, & patuit, & p̄tia materia, & appendicibus materiæ, sed non abstrahit à materia, prout materia idē est quod subiectū uniuersale, quæ particulariter discurret quā tuncq̄, ut dictum fuit possit intelligere indiuiduum, in quantum stat natura cōi propter eam coniungi in eodem supposito cum intellectu, ut uoluit beatus Thom. Intellectus etiam agens dicitur abstrahere à materia modo prædicto, quia transfert obiectum de esse sensibili & particulari ad esse intelligibile & usum. Intellectus etiam polis dicitur abstrahere à materia in intelligendo non à materia, quæ est subiectum motui, uniuersaliter. n. hoc uerū non est. Nam quod intellectus possibilis intelligit hominem, non potest ipse in sua lectione à carnibus, & ossibus, sicut dicit expresse Arist. in. 7. Primæ philosophiæ. tex. cō. 37. & 39. Vbi dicitur quod hoīs species semper in carnibus apparet, & ossibus, & talibus partibus, ubi Cō. inquit com. 37. Impossibile est. n. hominem intelligere sine carne, & ossibus. Formæ aut mathematicæ, quæ inueniuntur in pluribus uia materia, intelliguntur abstractæ à materiis, & ista abstractio quod intellectus comprehendit diuisionem inter formas, & materias facile, quia abstrahit eas in imaginatione à materia. in Naturalibus uero difficile, quia non potest abstrahere eas in imaginatione à materia. Et ex hoc loco patet, quod non oīs abstractiō est intellectus agentis, & quod ista abstractiō, quæ est cum apprehensione est intellectus possibilis opus, & nihil aliud est quam in imaginatione. in apprehensione apprehendere ex his, quæ sunt coniuncta in esse uniuersali non apprehensio reliquæ, & de tali abstractiōe uerificatur dictum Arist. in. 2. Phys. tex. com. 8. dicitur. Abstrahentium non est mendatum. nam loquimur de abstractione, quæ est simpliciter apprehensio, quæ dicitur formatio apud Arabes, & est prima operatio intellectus in qua non cadit error formaliter loquendo, licet iugiter intellectus possibilis abstrahat à materia subiecta motui in Mathematicis, non tamen hoc est uniuersaliter uerum, ut patuit. unde com. dicit cō. 39. septimi Metæ. Quidditates naturales nō possunt intelligi sine sensu & motu, sicut possunt intelligi quidditates Mathematicorum: semper tamen in intellectu possibilis dicitur in quatuorq̄ scientia abstrahere à materia. i. à singularibus, quia sciticia est uniuersalium, & sensus singularium 2. de Anima. tex. cō. 60. Intellectus n. possibilis intelligit uel per se, & singulare mediante sensu, ut dicit Cō. in. 3. de Anima. cō. 9. De aliis etiam abstractionibus satis diximus in illo Theoremate, quod declarat quomodo diuersificat intelligere ad diuersitatem rei intellectæ, ideo non repeto.

Posteriora generatione sunt priora perfectione.

A Legari plerumq̄ solet ista propositio, & scribitur in 9. Primæ philosophiæ in tex. cō. 1. 5. ubi dicit. Quæ generatio posteriora, & spēs, & substantia sunt priora, ut uir puero, & homo spermate. Scire debes quod prius, & posteriorius sunt dīæ contrariæ per quas diuiditur ordo, ut scribit Cō. 1. Phys. cō. 41. Ordo n. est respectu primi positi, aut intellecti, ut dicit idem. 5. Metaph. commen. 1. 6. quod pro tanto superior dictum fuisse, quia ordo aut est scdm rem, aut scdm rationē semper cum priori, & posteriori est. unde Arist. in Predicamentis ista ratio probat quoditates pōne carentes hęc ordinem, quia habent prius & posterius. Quod autem spectat ad declarationem p̄tis propositi, ordo naturæ est duplex. Quod uidet scdm uiam generationis: Et quidam scdm uiam perfectionis, unde Arist. 5. Met. in ca. de Priori, prioritatem gñōnis appellat prioritatem secundum tps. Talia autem inquit priora secundum tps esse dicit, uel quia sunt remotiora ab ipso nunc, quod est instans p̄tis, ut in factis, quæ admodum dicitur Troica bella priora fuisse Medis, quia sunt remotiora à p̄ti nunc. Alia autē dicit priora secundum tps, propterea quia sunt propinquiora tali nunc, ut in futuris, sic. n. antiquius priores dicebantur Iudi Iouis ludis Apollinis. Et sic nos dicimus prius esse festiuitatem natuitatis Dñi, quam sit festiuitas Epiphaniæ. Tali prioritate

Abstrahere dupliciter.

I

Declaratio Theorimat'.

K

L

M Propō. 100

Ordo naturæ duplex.